

rum ac Imperialibus præfatis plenius continetur. Dum autem sicut lamentabili querela dilectorum Ecclesiæ, Filia & Filiorum *Abbatissa, Canonorum & Capituli secularis Ecclesiæ Gandersviniensis*, Hildesemensis Dioceseos Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectæ eisdem tam in spiritualibus quam temporalibus subjectis nuper accepimus, quomodo nonnulli Principes, Duces, Barones, Communitates & alii seculares Potestates eorundem Constitutionum & Sanctionum Canoniarum legalium forsan ignari, contra ipsas ab *Abbatissa Canonis & Capituli Ecclesiæ prædictæ* eisdemque tam in spiritualibus subditis communiter vel divisim forsan tallias & gabelas & alias exactiones illicitas extorserint & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona *Abbatissæ, Canonorum & Capituli Ecclesiæ prædictæ*, eisdemque tam in spiritualibus quam temporalibus subditorum communiter vel divisim invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint & suis usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere ac eisdem suis usibus applicare similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum. Nec non *Abbatissa Canonorum & Capituli Ecclesiæ prædictæ* eisdem tam in spiritualibus quam temporalibus subditorum hujusmodi non modicum præjudicium atque damnum nos in præmissis *Abbatissæ, Canonis & Capituli Ecclesiæ prædictæ*, eisdemque tam in spiritualibus quam temporalibus subditis præsentibus & futuris communiter vel divisim de oportuno remedio providere volentes, Discretioni vestræ tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus nos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios *Abbatissæ, Canonis & Capituli Ecclesiæ prædictæ* eisdemque tam in spiritualibus quam temporalibus subditis contra quoscunque transgressores & violatores constitutionum & sanctionum earundem, cujuscunque status, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittatis eos contra canonicas & legales sanctiones & constitutiones hujusmodi indebitè molestari, nec non easdem constitutiones & sanctiones ubi quando expedite videritis solemniter publicantes faciatis transgressores & violatores hujusmodi si & prout justum fuerit, ac ubi & quotiens expedierit, tamdiu excommunicatos anathematizatos publicè nuntiari, donec ab earundem Impositionum, talliarum collectarum & quarumlibet extorsionum nec non bonarum *Abbatissæ, Canonorum & Capituli Ecclesiæ*

M m m

pro-